

communiter DD. Gloss. etiam ordinaria in leg. *Eum qui duas*, Cod. de Adult. Gloss. notat & ibi commun. Canon. in cap. 1. de Donat. inter vir. & uxor. Et ista est veritas: licet Palac. Rub. super ista l. n. 4. teneat quod ista lex & ejus dispositio habeat etiam locum, quando sponsalia sunt nulla, & dissolvuntur juris prohibitione, sicut quando sunt valida & dissolvuntur morte: & idem tenet Didac. de Cast. 3. & 4. column.

8 Quinto quæro, si sponsa de futuro vel de presenti ingrediatur religionem, an lucretur per osculum medietatem eorum quæ sibi sponsus donavit & tradidit, sicut lucretur per mortem alterius? Et resolutivè dico quod sic, (p) ista est Gloss. singularis juncto text. in cap. Decreta legalia, caus. 37. quest. 2. in glos. 2. in fin. probat etiam text. in leg. Deo nobis, Cod. de Episc. & Cleric. ubi habetur, quod sponsa potest liberè ingredi religionem, & non incurrit pœnam arrharum; quia ille qui recepit restituit simplices, non verò duplicatas: & ibi notat Bald. & commun. DD. text. in Authent. de Sanct. Episcop. §. Sponsalibus, collat. 9. & ibi notat Angel. & alii DD. Ex quibus inferunt ibi DD. quod pactum lucranda dotis in casu mortis, habet etiam locum in casu ingressus religionis: & idem tenet & commendat Jas. in leg. Si decesserit. ff. Qui satisd. cogant. 2. column. num. 11.

Sexto quæro, si sponsus tales res donatas alienavit, an uxor possit præferri cæteris creditoribus habentibus anteriorem hypothecam? Et dico quod non: ita probat text. in leg. de Rebus, Cod. de Donat. ante nupt. ubi habetur, quod uxor repetit, si non sint prius aliis creditoribus obligata: ergo si sint obligata, ipsa non præfertur: licet secus sit in dote, ut in leg. Assiduis, Cod. Qui potior. in pignor. habeant, & in §. Fuerat. Institutione de action.

9 Aliquando & secundò inter eos fit donatio, quæ vocatur ante nuptias, vel propter nuptias. Et certè materia hujus donationis est satis dubia & incognita, & vix potest ejus virtus & effectus intelligi: & in ea aliquantulum insudavi, & conabor fundamentaliter declarare. Pro cujus perfecta declaratione dico, quod donatio ante nuptias, vel propter nuptias est ista, quam maritus, pater, vel alius pro eo expressè facit uxori propter matrimonium, in recompensam dotis, & ejus majorem cautelam & securitatem; quæ

efficitur uxoris constante matrimonio, & eo soluto revertitur ad maritum: text. est in leg. fin. Cod. de Donat. ante nuptias, ibi: Sicut enim dos propter nuptias fit; ita & in donationibus, quas mariti faciunt, vel pro his alii, debet esse aperta licentia, & constante matrimonio talem donationem facere: quia quasi antipherna hæc possunt intelligi, & non simplex donatio, dicit Gloss. ibi, antipherna, id est: Contra dotem; ob anti, quod est contra, & pherna, quod est dos: quasi contra dotem, vel in recompensam ejus dotis: text. in versic. final. ejusdem legis, cujus verba sunt: Sancimus itaque omnes licentiam habere sive priusquam matrimonio contraxerint, sive postea donationes mulieribus dare propter dotis donationem: & non simplices intelligantur, sed propter dotem & propter nuptias factas, text. in Authent. Dos data. eod. titul. cujus verba sunt: Dos data donationem propter nuptias meretur, & idem disponit lex i. titul. 11. part. 4. & in effectu ita tenet & declarat Azor in Summa, Cod. de Donationibus ante nupt. Petr. de Bellaper. & Cin. in Rubr. ejusdem titul. Salyc. in leg. Si constante, eodem titul.

Et ut meliùs cognoscatur & intelligatur nomen, virtus, & effectus hujus donationis, oportet videre convenientias & differentias quas habet cum dote: Et primò dico, quod primò conveniunt, quia sicut ista dicitur donatio, ita & dos dicitur donatio; text. est in dict. leg. final. versic. fin. Cod. de Donat. ante nupt. ibi: Propter dotis donationem. Secundò conveniunt, quia sicut dos dicitur dos mariti constante matrimonio, & in eum transit dominium, & eo soluto revertitur ad uxorem vel ejus hæredes; ita ista donatio ante nuptias vel propter nuptias, dicitur dotalitium uxoris, & in eam transit dominium constante matrimonio, & eo soluto revertitur ad maritum vel ejus hæredes: text. est in leg. final. Codic. de Donat. ante nupt. text. in leg. Si liberis eodem titul. text. in cap. Plerumque de donat. inter virum & uxorem, & ibi Gloss. ordinaria & communiter DD. Tertio conveniunt, quia sicut pater tenetur dotare filiam suam, ita tenetur dare donationem propter nuptias filio suo: text. est in leg. fin. versic. Nec. Cod. de Dotis promission. cujus verba sunt: Nec enim leges incognita sunt, quibus cautum est omni modo paternum esse officium, dotem vel ante nupt.

(p) Et ita tenuit Covarrub. in 2. sponsal. cap. 7. §. 4. num. 12. & videtur probabilis; quamvis posset de ea dubitari per text. in cap. Ex publician. de conversione conjugatorum. Et hanc opinionem tenet Palac. Rub. in Rubr. de Donat. inter virum, §. 3. num. 5. & in leg. 52. Tauri. Castill. ibi, in gloss. 3. Cifuent. num. 8. Corne. cons. 122. lib. 1. Gregor. in leg. 3. tit. 11. part. 4. verb. La mitad. Matienz. in leg. 4. titul. 1. lib. 5. Recop. gloss. 2. num. 1.

nuptias donationem pro sua dare progenie. Quarto conveniunt, quia sicut maritus potest vindicare tanquam dominus constante matrimonio res dotalis, ut in leg. Doce ancillam, Cod. de Rei vindic. ita uxor potest vindicare donationem propter nuptias vel ante nuptias. Quod tamen intellige, à quolibet possessore extraneo; non tamen à marito, præterquam in tribus casibus: Primus est, quando soluto matrimonio non redditur dos uxori: Secundus est, quando uxor deberet istam donationem lucrari ex pacto: Tertius est, quando constante matrimonio maritus vergit ad inopiam: Aliàs verò, si matrimonium durat, & maritus est dives & solvendo, uxor non vindicat ab eo: ita probat text. in Authent. permissa, Cod. de Donat. ante nupt. & ibi tenet & declarat Glos. ordinaria Bald. Angel. Salyc. & communiter DD. & in Authent. unde illa sumitur: Quinto conveniunt, quia sicut maritus non potest alienare dotem constante matrimonio, etiam de consensu & licentia uxoris, ut in leg. 1. & per totum. ff. de Fundo dotali, & in §. 1. & per totum, Instit. quibus alienare licet vel non, ita maritus, etiam de consensu & licentia uxoris, non poterit istam donationem ante nuptias vel propter nuptias alienare: text. est in Authent. sive à me, Cod. ad Vellejan. & ibi Gloss. ordinaria & communiter DD. Imò, quod magis est, licet uxor possit renuntiare juri hypothecæ quam habet in bonis mariti pro securitate dotis, ut in leg. Etiam, & in leg. Jubemus, Cod. ad Vellejan. (Quod tamen est intelligendum dupliciter: Primo modo, quando in aliis rebus maritus est solvendo: Secundo, quando fit remissio hypothecæ generalis inductæ à lege; secus verò si fiat remissio hypothecæ specialis & expressè factæ per maritum: ita Bartol. & communiter DD. in dict. leg. Jubemus, Cod. ad Vellejan.) tamen uxor non potest renunciare huic donationi propter nuptias, nec juri in ea sibi competenti: ita tenet Gloss. ordinaria in Authent. dos data, Cod. de Donat. ante nuptias, & ibi communiter DD. & in dict. Authent. sive à me. Cod. ad Vellejan. Sexto conveniunt, quia si maritus facit pactum de lucranda dote, vel aliqua parte ejus, soluto matrimonio; in eodem casu uxor etiam lucrabitur donationem propter nuptias, licet de ea nihil fuerit actum: & sic pactum appositum in dote, tacitè videtur per partes repetitum in donatione ante nuptias vel propter nuptias: text. in leg. fin. §. Simples, Cod. de Donat. ante nupt. ibi: Re ipsa videatur hoc esse pactum ut secundum dotalis conventiones intelligantur, & in tali donatione pacta fuisse conventa ut aquis passibus utraque ambulet, tam dos quam donatio: & ibi communiter DD. text. in Authent. aequalitas, Cod.

de Pactis conventis, & ibi Gloss. ordinaria, & communiter DD. Septimò conveniunt, quia sicut in dote habet locum tacita stipulatio, ita etiam in donatione ante nuptias vel propter nuptias: ita probat text. in leg. 2. Cod. de Bonis quæ liber. & ibi notat Bald. & alii DD. Octavo conveniunt, quia sicut dos confertur & computatur à filia succedente patri vel matri vel ascendentibus, ita etiam donatio ante nuptias vel propter nuptias confertur & computatur à filio: text. est in leg. Ut liberis, Cod. de Collat. & ibi communiter DD. text. singularis & unicus in suo casu in leg. fin. Cod. Commun. utriusque judic. & ibi etiam DD. Nonò conveniunt, quia sicut res quæ subjacent restitutioni, possunt alienari ex causa dotis; ita etiam ex causa donationis ante nuptias vel propter nuptias: text. est in Authent. res quæ, C. Commun. de legat. & ibi DD. Decimò conveniunt, quia in eadem quantitate, in qua fuit dos constituta, in eadem debet fieri ista donatio ante nuptias vel propter nuptias, & non in majori: text. est in leg. final. §. Simples, versic. Ita tamen, Cod. de Donat. ante nupt. cujus verba sunt: Ita tamen ut dotis quantitatem non excedant, & hoc ipsum significaverit quod non simplicem faciat donationem, sed propter dotem jam conscriptam: probat etiam text. in Authent. aequalitas, C. de Pactis conventis. Undecimò conveniunt, quia sicut dos potest augeri constante matrimonio, ita etiam donatio ante nuptias vel propter nuptias: text. est in leg. Si constante, Cod. de Donat. ante nupt. text. in leg. fin. eodem titul. text. in §. Est & aliud, Inst. de donatio, & ibi communiter DD. Duodecimò conveniunt, quia sicut ex titulo dotis non transit dominium sine traditione, ut in leg. de Division. in fin. ff. Solut. matrim. & in leg. Dotale, §. 1. ff. de Fundo dotali, & in leg. fin. §. Præterea, Cod. de Jure dotium. Quod est verum & procedit etiam si dotis constitutio fiat in omnibus bonis: Glos. est singularis & unica in leg. 1. ff. de Usucapione pro dote, secundum DD. ibi: ita eodem modo & eadem ratione dominium non transit ex titulo donationis ante nuptias vel propter nuptias.

Nunc autem oportet videre, in quibus differant dos & donatio ante nuptias vel propter nuptias? Et dico quod primò differunt, quia maritus possidet dotem, ut in leg. Pomponius. §. In dotem. ff. de Acquirend. posses. & ibi Gloss. ordinaria & communiter DD. uxor tamen non possidet donationem ante nuptias vel propter nuptias, sed maritus ipse, secundum DD. ibi. Secundò differunt, quia maritus lucratur fructus dotis, ut in leg. Pro oneribus, Cod. de Jure dotium, cum simil. uxor tamen non lucratur fructus donationis ante nuptias vel propter nuptias, sed

sed ipse maritus: ista est Gloss. singularis & ordinaria in *Authent. dos data, Cod. de Donat. ante nupt.* & ibi communiter DD. & tenet Azor in *Summa illius tit. 1. column.* similis gloss. est in §. *Est & aliud Instit. de donat.* & ibi Angel. & alii DD. Gloss. etiam in *Authent. de non eligen. 2. nuben. §. fin. coll. 1.* & tenet Bald. in *Authent. sive à me, Cod. ad Vellejan. Barbat. in cap. Peruenit de Empt. & vendic. Palac. Rub. in sua Reper. fol. 10. column. 2.* Hodiè tamen in nostro regno omnes fructus percepti constante matrimonio ex quibuscumque bonis, sunt communes mariti & uxoris, sicut cætera lucra, quando uxor vult solvere debita contracta constante matrimonio pro dimidia parte: (q) ita disponit *lex fin. tit. 3. lib. 3. For. II. & leg. 3. tit. 4. lib. 5. Ordin.* Tertio differunt, quia licet uxor habeat tacitam hypothecam pro dote sua recuperanda, ut in *leg. unic. §. Et ut plenius, Cod. de Rei uxor. act. cum simil.* tamen maritus non habet tacitam hypothecam in bonis uxoris pro hac donatione ante nuptias vel propter nuptias; quia non reperitur iure cautum. Si verò loquimur ex parte uxoris; tunc, si agit contra maritum vel ejus hæredes, in casu quo lucratur eam ex pacto, vel aliàs, bene habet pro ea tacitam hypothecam, ut in *leg. Ubi adhuc, Cod. de Jure dotium.* Sed non erit privilegiata ut præferatur anterioribus creditoribus, ut in *leg. Assiduis, versic. fin. Cod. Qui potior. in pign. hab. cujus verba sunt: Hac autem tantum ad dotem sancimus, non ad ante nuptias donationem: quam suo tempore seruari disponimus, & habere inter creditores sui temporis ordinem: si verò agit pro ista donatione propter nuptias, pro solutione, securitate, & satisfactione suæ dotis, tunc ne dum habebit hypothecam, sed erit privilegiata ut præferatur aliis creditoribus, & insuper non poterit uxor renunciare etiam expressè huic hypotheca, cum magis specialiter sit facta, & inventa pro securitate dotis, ut supra dictum est, & in expressò ita tenet singulariter Cin. meliùs quàm alibi, in *dict. leg. Assiduis, 2. column. 4. oppos. Salycet. in dict. leg. Ubi adhuc fin. column. 10. quæst. Innocent. in cap. Ex litteris de pignor. & ibi Abb. 3. column. num. 9. Plat. in §. Fuerat, Instit. de Action. 2. column. in fin.**

(q) Ut tenet Montalv. in *leg. tit. ult. tit. 3. lib. 3. Fori gloss. 1. Matienz. in leg. 4. gloss. num. 2. tit. 9. lib. 5. Recopilar.*

(r) Has autem tres differentias describit Gregor. in *leg. 1. tit. 11. part. 4. in gloss. magna, inter donationem ante nuptias, & propter nuptias: vide Azeved. in leg. 2. tit. 2. lib. 5. Recopilar. num. 9. licet etiam hodiè attenda *dict. leg. 1. loco donationis propter nuptias arrham successisse affirmant Menes. in Authent. res quæ, num. 25. Cod. Communia de legat. Palac. Rub. in Rubr. de Donat. inter virum, §. 21. & 24. Burg. de Paz consil. 14. num. 11. volum. 1. Sed hoc verum non esse satis manifestè probat, alios referendo, Azeved. ubi supra.**

& ibi Angel. de Aretin. 13. column. n. 18. Jas. 8. column. num. 40. Et sic resolutivè ista donatio propter nuptias est utilis propter duos effectus: Primus, pro securitate dotis: quia illa bona magis sunt stricta quàm alia; cum hypotheca eorum non possit renunciari: Secundus propter pactum de dote lucranda; quia tacitè intelligitur in hac donatione propter nuptias: ita Cin. Bald. Salyc. & communiter DD. in *dict. Authent. dos data, Cod. de Donat. ante nupt.* DD. etiam communiter in *Authent. sive à me, Cod. ad Vellejan. Faber. Angel. & Plat. in §. Esi & aliud, Inst. de Donat. Campeg. in tract. Dotis, 1. part. q. 1. Anchar. notabiliter in *cap. fin. de Donat. inter virum & uxorem, 3. column. 6. oppos. & ibi Abb. & communiter alii DD.* Et per ista satis videtur clara ista donatio propter nuptias, quæ de jure communi valde dubia & incognita reperiebatur: Sed certè in nostro regno, & adhuc in aliis partibus ista donatio propter nuptias non est in usu: ita dicit Gloss. ordinaria in *Authent. aequalitas, Cod. de Pactis conventis, & Paul. de Caltr. in leg. Mulier. §. Cum proponeretur. ff. ad Trebel.* sed loco ipsius maritus obligat expressè omnia bona sua pro securitate dotis: Et licet Montalv. in *Rubr. tit. 2. lib. 3. Foro II. dicat, quòd donatio propter nuptias sit idem quòd arrha; tamen falsum est, per supradicta. Item etiam, licet multi dicant donationem propter nuptias esse illud quod hodiè pater dat vel donat filio, quando vult matrimonium contrahere, ut magis honorificè filius contrahat; tamen similiter falsum est: quia ista fit ipsi filio & marito, donatio verò propter nuptias fit ipsi uxori & ad ejus utilitatem; & in omnibus differt una ab alia, ut ex superioribus patet. (r)**

Aliquando & tertio inter eos fit donatio, quæ vocatur *Arrha*. Pro cujus perfecta declaratione dico, quòd de jure communi *Arrha* est quoddam signum seu pignus, quod datur inter sponsos de futuro, vel parentes vel consanguineos eorum, maximè quando sunt minores, in signum matrimonii, & ad ejus corroboracionem, ut in quolibet alio contractu: text. est in *leg. Arrhis, Cod. de Sponsal. cujus verba sunt: Arrhis sponsaliorum nomine datis, si interea sponsus vel spon-*

sponsa decesserit, qua data sunt jubemus restitui, nisi causam ut nuptia non celebrentur defuncta persona jam præbuit, & ibi Glossa ordinaria & communiter DD. text. in *leg. fin. eod. tit. text. in leg. unic. Cod. Si rector provincia, & idem disponit lex 1. tit. 11. part. 4.* Et adde, quòd requiritur quòd expressè dicatur, quòd datur pro arrhis, & in signum vel pignus matrimonii futuri: nam aliàs, si simpliciter traderetur, esset sponsalitia largitas, de qua supra dictum est, ut apertè probant jura & DD. ubi supra. Cujus virtus & effectus est, quòd ille qui dedit, perdat eas, si per eum stetit matrimonium impleri, (s) si verò stetit per recipientem, restituit quod accepit, & aliud tantundem. Item, si morte alicujus eorum solvantur sponsalia, restituentur arrhæ, nec recipiens aliquam partem lucratur per osculum: ista probat text. in *dict. leg. Arrhis, & ibi tenet Gloss. ordinaria, & communiter DD.* Et si quæras, quæ est ratio quòd valet datio & amissio arrharum, & non valet pœna apposta in sponsalibus & matrimoniis, in *cap. Gemma, de Sponsalib. ?* est alta & insolubilis difficultas: Sed omissis aliis, ista est melior & notabilior: quòd promissio pœnæ non valet, quia est verbalis tantùm, & faciliter & inconsideratè quis verbo se obligaret, & metu pœnæ solvendæ contraheret: arrha verò valet, quia realiter traditur & non promittitur, & sic jam

est soluta, & cessat prædicta ratio timoris: & istam rationem ponit Cin. in *dict. leg. fin. Cod. de Sponsalibus, & ibi Fulgos.* Sed in nostro regno ista non servantur, nec arrha accipitur, nec intelligitur, nec est in usu, ut erat de jure communi. Item etiam, licet prædicta lex 1. tit. 11. part. 4. dicat, quòd in Hispania propriè arrha dicitur donatio propter nuptias; tamen longè differt ab ea, ut apparet ex his quæ supra dixi in donatione propter nuptias, & ex his quæ statim proximè dicam in arrha: Unde resolutivè dico, quòd in nostro regno *Arrha* est donatio quædam, quæ fit ab sponso sponsæ de futuro, vel præsentem in remunerationem dotis, vel virginitalis, vel nobilitatis ejus; quam lucratur ipsa soluto matrimonio, & potest fieri tempore sponsaliorum, vel tempore velationum, vel constante matrimonio, sicut dos, vel donatio propter nuptias: argumento text. in *leg. Cum multa. §. Si igitur, & in leg. Si constante, Cod. de Donat. ante nupt. cum simil. (t)*

Unum tamen est, quòd hodiè non debet excedere decimam partem bonorum sponsi vel mariti, deducto priùs omni ære alieno: ita disponit *lex 1. tit. 2. lib. 3. For. II. (u)* Dicuntur bona mariti ea quæ sunt propria, & ea quæ possidet bona fide, & similiter ea quæ sibi debentur, ad quæ habet actionem: text. est in *leg. Bonorum appellatio, la 1. ff. de Verbor. signific. Ex*

(s) Ut tenet Suar. in *tit. de las Arras, lib. 1. Fori, fol. 23. ex leg. fin. Cod. de Spons. & ex leg. 1. tit. 11. part. 4.*

(t) Cùm igitur non sint simplex donatio, sed propter nuptias, mirum non est si fieri possit constante matrimonio, ut in *leg. Cum multa. §. Si igitur, & in leg. Si constante, ubi Bald. & Salicet. Cod. de Donationibus ante nuptias, §. Est & aliud, Instit. de Donat. leg. 1. in fin. tit. 11. part. 4. leg. 87. tit. 18. part. 3. hancque eandem sententiam tenuit Montalv. in *leg. 1. tit. 2. lib. 3. Fori, & ibi Roder. Suar. fol. 8. versic. Pone quod tempore, Palac. Rub. in Rep. Rub. cap. Per vestras, §. 24. num. 2. Castill. in leg. Sui, verb. Arrhas ubi etiam Palac. Rub. num. 4. Greg. Lop. in *leg. tit. 11. part. 4. gloss. magna in pro Matienz. in leg. 2. tit. 2. lib. 5. Recop. glos. 1. n. 2. Covarrub. de Sponsal. 2. part. cap. 3. §. 7. num. 12. Baza de Non meliorandis dotis ratione filiabus, cap. 51. num. 19. & 20.***

(u) Quia quod superest eo deducto bona dicuntur, text. in *leg. Mulier. bona. ff. de Jure dot. in leg. Non possunt. ff. de Jure fisci in leg. Subsignatum, §. 1. ff. de Verbor. signific. & in leg. Univers. Cod. de Legat. similiter etiam id quis in bonis habere dicitur, quatenus onere deducto superest, text. in *leg. Non amplius. ff. de leg. 2. Ex quibus juribus id asseverat Montalv. & Suar. in leg. 1. tit. 2. lib. 3. Fori, gloss. 1. fol. 2. vers. Non tamen, Castill. in leg. 50. Taur. verb. Arrhas, Tiraquel. lib. 2. de Retract. in præfation. num. 21. Pinell. in leg. 1. Cod. de Bonis maternis, 3. part. num. 52. illatione 14. novissimè Matienz. in leg. 2. tit. 2. lib. 5. gloss. 1. num. 11. & ibi Azeved. num. 13. Ayora de Partitionibus, cap. 7. num. 19. & 20. Quòd autem arrha non debeat excedere decimam partem bonorum sponsi, vel mariti, vide Gregor. in *leg. 1. tit. 11. part. 4. & Matienz. in leg. 2. gloss. 1. num. 1. tit. 2. lib. 5. Recop. Qualiter autem in possessore majoratus hæc decimæ partis æstimatio faciendâ sit ad arrharum solutionem? explicat Molin. lib. 1. de Primogen. cap. 9. n. 41. & an promissio arrharum juramento firmetur? vide Joan. Gutierr. in tract. de Juramento confirmatorio 1. part. cap. 14. & varias quæstiones vide per Alvar. Velasc. in 1. pen. consultationum, consult. 2. 3. & 4.***

Ex quo inferitur, quod si quis tempore quo promissit arrhas possidet tanta bona, quorum decima sufficit ad quantitatem arrharum; & postea movetur sibi lis & fertur contra eum sententia, ita quod plura ex dictis bonis ab eo abdicantur & evicantur; valebit datio vel promissio arrharum, habito respectu ad tempus promissionis: ita singulariter Roder. Suar. in leg. 1. tit. 2. lib. 3. For. II. 26. fol. vers. Nota tamen. (x) Item adde, quod uxori vel ejus hæredi, soluto matrimonio, incumbit onus probandi facultates mariti & vires patrimonii, ut decima sufficiat ad solutionem arrharum: ita notabiliter & latè Roderic. Suar. in dict. leg. 1. fol. 27. versic. Circa hanc partem quæro, per plures columnas; (y)

(x) Matienz. in leg. 2. tit. 2. lib. 5. gloss. 1. num. 4. Bacz. lib. de Non meliorandis dotis ratione filiabus cap. 31. num. 11.

(y) Quia ubi mulier non probaverit, hæredes viri etsi nihil probaverint obtinebunt; cum deficiente hujusmodi qualitate, arrhas petere non possit: text. in leg. 1. tit. 2. lib. 3. For. & in hac leg. ergo qualitatem hanc tenetur probare, juxta Glossam communiter receptam in leg. Si verò. §. Qui pro rei. ff. Qui satisfacere cogantur, in cujus intellectu plura congerit Covarrub. lib. 2. Variarum resol. cap. 6. num. 7. ubi in specie testatur hanc opinionem in praxi receptam, quamvis ipse an vera sit dubitet. Eamdem etiam sententiam tenet Matienz. in leg. 2. tit. 2. lib. 5. Recopil. gloss. 1. num. 9. Bacz. de Non meliorandis dotis ratione filiabus. cap. 36. num. 15. Pelacz. in tract. Majorat. 1. part. quæst. 51. num. 2. cum seq. Gutierr. de Juramento confirmatorio, 2. part. cap. 1. num. 21. Ayora de Partitionibus cap. 7. num. 17. fol. 52. & num. 29. & 39. Azeved. in leg. 2. tit. 2. lib. 5. Recopil. num. 18.

(z) Quæ cum sit prohibitiva, renunciari non potest, juxta doctrinam glossæ in leg. 1. verb. Fidejussorem, Cod. Ne fidejussores dot. dentur. Bartol. in leg. de His, num. 3. ff. de Transact. Curt. consil. 68. Matienz. in leg. 2. tit. 2. lib. 5. Recopilat. glos. 2. num. 1.

(A) Sed si generaliter renunciatur omnibus legibus, pœnam hujus legis non incurrit tabellio, sicut si specialiter huic legi renunciatum fuisset, argumento leg. Item apud Labeonem. §. Hoc edicto. ff. de Injuriis, ubi, quæ speciali nota digna sunt, nisi exprimantur, non veniunt in renuntiatione, maximè in correctoriis & pœnalibus & in specie id tenet Castill. in leg. 50. verb. Renunciari, Matienz. in leg. 2. tit. 2. lib. 5. Recop. glos. 3. num. 1.

(b) Vide hac quæst. Covarrub. in cap. Quamvis pactum, 2. part. §. 2. num. 7. de Pactis, lib. 6. Gutierr. in Authent. sacramenta puberum num. 23. pag. 303. Azeved. in leg. 2. tit. 2. lib. 5. num. 12. Palac. Rub. in Rubr. de Donat. inter virum, §. 24. num. 4. versic. Hac tamen intellige. Castill. in leg. 50. gloss. 1. Segur. in leg. 1. §. Si vir. num. 139. de acquir. posses. Perez in leg. 6. tit. 1. lib. 3. Ordin. gloss. magna, col. 795. Menchac. de Succes. creat. §. 28. num. 33. Gomez Arias in leg. 48. Taur. num. 13. qui omnes nostram sententiam tenent: vide etiam Montalv. in leg. 1. gloss. 1. tit. 2. lib. 3. Fori, & ibi Roder. Suar. quæst. 3. Padill. in Authent. res quæ, Cod. Communia de leg. num. 29. Bacz. in lib. de Non meliorand. dor. ratione filiabus. cap. 29. num. 6. & 12. Matienz. in leg. 2. tit. 2. lib. 5. Recopil. gloss. 2. num. 6. Gutierr. de Juram. confirm. cap. 14. n. 1. & videas Menes. in Authent. res quæ num. 29. Vera est hæc sententia; nec obstant contra eam rationes Covarrub. nam prima, quæ deducta est in leg. Foro juzgo, cessat, quia ille liber apud nos vim legis non habet. Secunda cessat etiam, quia verum non est acquiri agnatis actionem ad recuperandam eam summam quæ decimam excedit, nec in ipsorum favorem prohibita est arrha decimam excedens: Sed ipsis proximioribus agnatis datur facultas repetendi ad utilitatem ipsius mariti, & ut excessus ad ipsum maritum revertatur, ut constat ex leg. Fori, ibi: Por el, & apertius ex leg. Foro juzgo, unde scripta est lex fori, & secundum quam est intelligenda, ut ibi notat Roder. fol. 30. in princ. quinimò, in quo id non transcripsit legis fori, cum cætera transcripserit, damnasse videtur informationem donationis arrharum adjecto juramento: & apertius, hæc lex quæ renuntiationem prohibet, non prohibuit juramentum.

nis futuris, & mulier postea potest eas petere & sibi assignari quando voluerit; dum tamen maritus non promittat vel assignet ultra decimam partem bonorum, quæ illo tempore habeat: ita dicit, & disponit lex 2. tit. 2. lib. 3. Foro II. quæ in hoc est notabilis, & quotidie practica-tur: & ita tenet & declarat Roderic. Suar. in dict. leg. 1. tit. 2. lib. 3. For. II. 27. fol. versic. Nota ulterius. (c) Advertendum tamen, quod ista donatio arrharum ita potest fieri viduæ sicut virgini, licet communiter in vulgo de hoc dubiteur: ita expressè probat lex 1. prope fin. tit. 2. lib. 3. For. II. & tenet Palac. Rub. in sua Reper. fol. 7. column. 3. versic. Advertendum, & Roder. Suar. in leg. 1. tit. 2. lib. 3. Foro II. fol. 25. versic. Præmitte. (d)

Item adde, quod etiam sponsus vel maritus minor 25. annorum potest promittere vel dare prædictas arrhas usque ad dictam quantitatem decimæ partis bonorum, nec potest restitui; quia fecit illud, quod quilibet major & prudens fecisset: argumento text. in leg. Non videtur, Cod. de In integ. restit. & in leg. 1. Cod. Si adver. donat. & in leg. Cum plures, §. fin. ff. de Administ. tutor. Quod intellige, quando non haberet curatorem: secus aliàs; (e) quia datio vel promissio esset penitus nulla. Item intellige, quando donatio vel promissio arrharum consisteret in pecunia, vel rebus quæ servando servari non possunt: secus verò, si in rebus immobilibus; quia tunc requiritur decretum, ut in leg. Lex quæ tutores, Cod. de Administ. tutor. & in leg. Prædia, Cod. de Præd. minor. (f) Unum tamen est, quod si post ætatem perfectam 25. annorum transeat quinquennium, ipso jure ratificatur & confirmatur datio vel promissio arrharum, sicut si alienaretur res immobilis titulo oneroso: textus est singularis & unicus in leg. fin. Cod. Si major factus alienationem factam sine decreto ratam habuerit, quem ad hoc reputat ibi singularem Bartol. & unicum Bald. & Salycet. & Roder. Suar. in leg. 1. tit. 2. lib. 3. Foro II. fol. 43. versic. Sed utrum minor. (g)

Item adde, quod, mortua uxore, arrhæ pro-

missæ vel receptæ pertinent hæredibus ejus etiam extraneis, & non marito superstiti: ita expressè determinat & disponit lex 51. bis II. Taur. Et ratio ejus dubitandi potuit esse duplex: Prima, quia de jure fori, uxore mortua cum testamento sine liberis, poterat de arrhis testari, & quidquid vellet facere; sed ea mortua ab intestato, pertinebant marito vel hæredibus suis; ita dicebat lex 1. tit. 2. lib. 3. For. II. & lex 6. tit. 1. lib. 3. For. juzgo, hodiè verò corriguntur prædictæ II. & deciditur contrarium per nostram l. 51. Secunda subtilis & nova ratio dubitandi potuit esse: quia donatio facta inter maritum & uxorem confirmatur morte donantis, non verò donatarii recipientis: text. est in leg. Cum hic status. §. Si mulier, in fin. ff. de Donat. inter vir. & uxor. text. in leg. Etiam, Cod. eod. tit. text. expressior cæteris in leg. A marito, eodem tit. & ibi communiter DD. unde videbatur in proposito, quod si mulier quæ recepit arrhas, decedat vivente marito, eo ipso revocetur talis promissio vel receptio arrharum, & applicetur marito: sed contrarium determinat nostra lex 51. quia longè differunt donatio arrharum, & donatio simplex inter maritum & uxorem, ut patet ex superioribus.

Aliquando & 4. fit inter eos donatio, quæ vocatur Dos: Pro cujus perfecta intelligentia & declaratione dico, quod Dos est illud, quod datur vel promittitur viro ratione matrimonii ad sustentanda onera ejus: nam dos dicitur Græcè pherna, id est, donatio, quæ propter matrimonium conceditur: text. est in leg. 1. & per totum. ff. Solut. matrimonio: text. in leg. 1. & per totum. ff. de Jure dotium: text. in leg. 1. & per totum. ff. de Pactis dotalibus, text. in leg. 1. & per totum, Cod. de Jure dotium, text. in leg. 1. & per totum, Cod. de Dotis promission. text. in leg. 1. & per totum, tit. 11. part. 4. aded quod sine matrimonio esse non potest, ut in leg. 3. ff. de Jure dot. & in leg. Cum ultra, versic. Sicut, Cod. de Donat. ante nupt. & istam definitionem ponit Azor in Summa, Cod. de Jure dot. & in effectu ponit Bart. & communiter DD.

(c) Matienz. in dict. leg. 2. tit. 2. lib. 5. gloss. 1. num. 5. Bacz. de Non meliorandis dot. rat. filiabus. cap. 31. num. 10. in fin.

(d) Et vide Gregor. in leg. 1. tit. 1. part. 4. gloss. En esperan. ad fin.

(e) Quo casu curatoris desideratur autoritas, leg. Si curatorem habens, Cod. de In integ. restit. & in specie probat leg. 2. & leg. Mulier, Cod. de Jure dotium.

(f) Idem resolvit Suar. in dict. tit. de las Arras lib. 1. Fori, §. Sed utrum minor. fol. 39. & gloss. magna, in leg. 1. tit. 11. part. 4. quod & in dote receptus asserit Covarrub. in Practicis, cap. 28. num. 10. Azeved. in leg. 2. tit. 2. lib. 5. Recopil. num. 12.

(g) Et ita tenet Matienz. in leg. 2. tit. 2. lib. 5. Recopil. gloss. 1. num. 3. Covarrub. in Practicis, cap. 28. num. 10.